



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Theoderici Regis Qvondam Ostrogothorum & Italiæ

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadii, 1544

VD16 C 4410

De Gratia Et Honorifice[n]tia Theoderici Regis erga senatu[m] Ro. Cap.
VIII.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00004354-8

Architect.
pro fabricis
& statuis
Rom.

& moderna facies operis affabris dispositionibus construetur. Hoc n. studio largitas nostra concedit, ut & facta ueterum exclusis defectibus innouemus, & noua uetustatis gloria uestiamus. Proinde illustris Magnitudo tua Romanis arcibus ab ista indictione datum Architectum esse cognoscat. Et quia iustis comodis studia constat artium nutrienda, ad eum uolumus pertinere, quicquid decessores eius constat rationabiliter consecutos. Videbit profecto meliora quam legit, pulchriora quam cogitare potuit, statuas illas, auctorum suorum scilicet adhuc signa retinentes, Has primum Tusci in Italia inuenisse referuntur. Quas amplexa posteritas, pene parem populum urbi dedit, quam natura procreauit. Nunc igitur potest esse ueridicum, si uniuersa Roma dicatur esse miraculum.

DE GRATIA ET HONORIFICENTIA Theoderici Regis erga senatum Ro. Cap. VIII.

Quam honorifice tractauerit Senatores Ro. rex iste, nemo explicatius aut certius referre potest quam retulit ipsemet per diuersa rescripta sua, quæ ubique grauitatem & honestatem, non leues blanditias aut subdolas palpationes, præferunt. Etenim in primo Cassiodori Epistolarum libro hisce uerbis senatum scripsit.

Querela plebis contra Senatores.

Animum nostrum, patres conscripti, Reipub. curis captentem, & diuersarum gentium consilia perferantem, pulsauit sepius querela populorum, orta quidem ex causis leuibus, sed graues eructauit excessus. Deplorat n. pro spectaculorum uoluptate, ad discriminis se ultima peruenisse, ut legum ratione calcata, desperate persequeretur innoxios seruilis tutor armatus. Et quod illis humanitas nostra lætitiæ causa prestitit, in tristitiam audaciæ plectenda conuertit. Quod nos Clementiæ nostre solita prouisione comprimimus, ne paulatim *finendo*

sinendo, grauiorem cogamur uindicare offensam. Benigni quippe principis est, nō tam delicta uelle punire, quā tollere, ne aut acriter uindicādo, aestimetur nimius. Aut leuiter agendo putetur improuidus: Atq; ideo praesenti definitione sancimus. Vt si cuiuspiam senatoris famulus, in ingenuitate fuerit fortasse uersatus, eū tradat legibus impetitur, ut facti qualitate discussa, proferatur iure ualitura sententia. Vos n. quos semper grauitas decet, nolite truculenter insequi inania uerba populorum. Si quid est forte, quod poenam mereatur admissum, in praefecti urbis notitiam deferatur, ut culpa legibus, non per praesumptam coerceatur iniuriam.

Quā uenerabilis uero fuerit ei semper senatus, ex ipsius intelligitur uerbis, quae scripsit ad urbis praefectos diuersos, Ad Agapitum quidē sic, praecipua ordinis uestri cura, cautiora nos facit proferre iudicia, & admittendos reuereudo. ceterui, examinare cogit sollicitius honor senatus; quē non solum uolumus numero augeri ciuium, sed ornari maxime lucemertorum. * Reijciat alius ordo mediocres, senatus respuit eximie non probatos. Ad Arthemidorum uero sic. Vt illi Ceterui praesidere possis, quē reuerendū humano generi esse cognoscis, Illa, quae potiora credimus, ad cōseruandum melioribus damus. Et in quibus sustinere damna non patimur, fidelioribus profecto mentibus applicamus. Roma si habet parem, aestima nos & alijs similia credidisse. Si uero singulare bonum est, iudicem te praecipuae rei facimus, quā augere semper optamus.

Et ad ipsum senatum de iam dicto Arthemidoro sic. Scitis, P. C. nostrum esse gaudium culmina dignitatum. Scitis uobis proficere, quod nobis contigerit in fasciū honore praestare. Quod n. ab uno quoq; suscipitur, senatus est qui mereatur. Quid n. de uobis aestimemus, agnoscitis, quando uiris longo labore cōpertis, hoc certe in praemiuū damus, ut uestri corporis

Senatus
Ro. huma
no generi
reuerendus.

* Recipiat.

P. C. Patres
Cōscripti.

corporis mereantur esse participes. Hic est n. uir, qui genita-
lis soli relicta dulcedine, nobis maluit inherere. Et licet esset
clarus in patria, nostram tamen elegit subire fortunam, su-
perans gratiæ magnitudine uim naturæ. Qui principe Ze-
none non tam beneuolo quã affine gaudebat.

Rursus ad eundem senatũ, de foelice Cõsule facto. Gaus-
dete P. C. uobis rediisse stipendia dignitatũ, gaudete pro-
uincias longa ætate desuetas uiros uobis pendere consulares,
& de tali auspicio maiora promittite. Solent n. initia porten-
dere meliora, dum à paruis inchoant, quæ in sequentibus
magna se admiratione sublimant. Iacebat nobilis origo sub
Gallicano iustitio, & honoribus suis priuata, peregrinabatur
in patria. Tandem pressos diuina leuauerunt, Romam recep-
ere cum gloria, & auorũ antiquas laurus ab honorata Cu-
ria sylua legerunt. Nam quis possit negare generi munus,
cui habeatis uelut in arce depositum? In ore quippe rumoris
est quandam foelicis adhuc uiuere consulatum, quia bona
durare norunt post hominem, & quod gloriose geritur, sine
temporis non tenetur. Cuius ut antiquã prosapiam, faciat
ueterum copia, transeamus, est adhuc in oculis omnium, can-
didati nobilissimus pater, qui prudentiæ facibus ita preluxit
in Curia, ut haberetur merito clarus inter tot lumina dignis-
simum, fuit quidam nostrorum temporum Cato, qui absti-
nendo uitijs, alios formaret exemplis.

Et in alia ad eundem senatum Epistola sic ait. Constat sen-
natum populis uiuendi regulam præstitisse, Nam quod or-
nat nomen Romanum, à uobis legitur institutum, Ad hoc
Patres in illo principio nominati, ut quasi filiorum per uos
possit uita cõponi. Vos n. deuotionẽ prouintijs, uos priuatis
iura decreuistis, & ad omnes iustitiæ partes subditos parere
libenter docuistis. Et ideo non decet, inde signum resultatio-
nis exire, unde exemplum potuit exultationis effulgere. Et
post pauca

Foelix cum
Secundino,
proximi
fuerunt cõsu-
les post
Boetium.

Iustitiũ sub
Francis dis-
cic, sub qui-
bus iura
Romana ste-
tebant. Sed
bonam Gal-
liarum pars
tẽ Ro. Reiz
pub. restis-
tuit Theo.

Sub Theo-
dosio II. uis-
cit Franco-
Aecius circa
Rhenum
COSS. Foel-
lice & Taus-
ro.

Senatores
Cur patres
dicti fuerunt.

post pauca. Atque ideo P. C. qui parem nobiscum Reipub.
debetis annisum, sic æquabiliter ordinate, ut quicquid unas
quæque domus Senatoria profitetur, destinatis procuratori-
bus per prouincias trina illatione persoluat.

Et iterum in alia ad senatum Epistola. Amamus (inquit)
P. C. dignitates eximias de nostra benignitate nascentes.
Publici enim decoris mater est mens regentis. Et quale fue-
rit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aspectum, fa-
cilis est quippe, si dicere fas est, errare naturam, quam dissi-
milius est cui princeps possit formare Rempub. Hinc est, quod
cupimus, ut perpetuis honoribus fulgeatis. Quia quicquid
de uobis fama loquitur, nostris institutionibus applicatur.

Item in Epistola quadam ad Argolicum urbis præfectum.
Gratum nobis est (inquit) uota uestra circa sacri Ordinis
augmenta proficere. Lætatur tales uiros eligere, qui sena-
toria mereantur luce radiare, ut laude conspicuis deferatur
gratia dignitatis. Curia namque disciplinis ueterum patet, nec
ei iudicari potest extraneus, qui bonarum artium est alumnus.

Rursus ad senatum scribens, propter synagogam Iudæo-
rum à plebeis quibusdam seditiose incensam, sic orsus est. Ur-
bis Romanæ celebris opinio suo conseruanda est nihilominus
instituto, nec uicia peregrina capit, quæ semper se de mo-
rum probitate iactauit. Leuitates quippe seditionum, et am-
bire propriæ ciuitatis incendium, non est uelle Romanum.
Ideoque in autoribus facti, legum est seruanda districtio, ne
detestabilis à spectus ad imitationem nefandam uulgi pectora
comprehendat.

Et iterum ad senatum. Licet (inquit) candidatos uobis
frequenter genuerit munificentia principalis, & fecunda
indulgentia nostra uobis altera sit natura. Habetis nunc pro-
fecto uirum, quem & nos elegisse deceat, & uos suscepisse
cõueniat. Cui sicut fortunatum fuit, à nobis eligi, ita laudabile
Hh erit

Curia non
nisi probas-
simos res
cepit sub
Theo.

erit, uestro coetui honorum lege sociari. Hoc tamen Curia
foelicius prouenit, q̄ nobis et impolitus tyro militat. Illa uero
non recipit nisi qui iam dignus honoribus potuerit inueniri.
Conuenienter ergo ordo uester aestimatur eximius, qui sem-
per est de probatissimis congregatus. Non enim illic profas-
nis referatur introitus, sed tales illuc promittuntur accedere,
quales inde etiam cernuntur exire. Suscipite itaq; Collegam,
quem Palatia nostra longa examinatione probauerunt. Qui
Regijs ita intrepidus militauit affatibus, ut iussa nostra saepe
nobis expectantibus atq; laudatibus explicaret. Cognoscitis
profecto quae loquimur. Quis enim uestru à Cypriani de-
uotione commotus est? Nam qui solatia eius petijt, mox be-
neficia nostra suscepit. Obtinuit ille saepius in uectationibus
nostris, quod in cōsistorijs agi solebat antiquis. Et post pau-
ca. Gloriatur etiam non extrema luce natalium. Nam pater
huic, sicut meministis, Opilio fuit, uir quidem abiectis tem-
poribus, ad excubias tamen Palatinas electus. Qui multo
amplius crescere potuit, nisi fides sub auarissima remunera-
tionis sterilitate iacuisset, Quid enim cōferre poterat tenuis
donator? Qui si tamen non ditauit, innotuit. Quia magnae
abundantia laudis, in penuria Reipub. uel mediocria munera
meruisse, uicit ipse maiores suos foelicitate saeculorum, &
quod amplius euectus est, nostris est tēporibus applicandū.

Præfectus
urbis in se-
natu primū
habet locū.

Deniq; in formula praefecturae urbanae multa cōprehēdit,
quae ad eminentiam & dignitatem senatorum explicandam
deseruiunt. Cum de dignitate (inquit) commissa laus sem-
per iudicis aestimetur, & potior habendus est quam sint illi
quibus praesse cognoscitur. Nemo amplius uidetur erigi, q̄
cui potuit Roma committi. Grāde est quidē procerem esse,
sed multo grandius de proceribus iudicare. Senatus ille mir-
rabili opinione gloriosus probatur habere praesulem, quem
munus suscipit iura condentem, eoq; sic, ut illi utantur
in senatu

In senatu potestate perfecta, qui apud te trepidant dicere proprias causas. Verum hæc quoque modestia cognoscitur esse prædicanda, ut optent se legibus teneri, quæ ab ipsis sciuntur posse constitui. Respice ergo tot doctos viros, & considera, quale sit, his aliquid dicere, nec erroris uerecundiam formidare. De talibus disceptas, quos tibi cognoscis esse potiores. Sic ergo locum tuum tracta, ut omnes te iudicem honoratæ congregationis agnoscant, Confides supra omnes scilicet Consulares, sententiam primus dicis, & in illa libertatis Aula reuerendus aspiceris, in qua commissos habere mundi Primarios approbaris. Quis iam de obscuro uitio cogitare possit, qui se inter morum lumina tot esse cognoscit?

Aula libertatis

Ex his & id genus multis huius regis epistolis facile patet, quanta sub eo ualuerit autoritate, ac dignitate floruerit senatus. Ut si quis Cæsarum uitas, quas Suetonius, Lampridius, Capitolinus, Vopiscus & alij descripserunt percurrat, nullum facile inueniet, qui honorificentius aut benignius tractauerit senatum.

DE REVERENTIA THEODERICI erga Papam & Clerum Ro. atque Catholicum Cap. VIII.

Quantum sectæ esset Arrianae Theodericus cum tota gente sua, Tanta erat tamen moderatione animi, ut Clerum Catholicum & Ro. Pontificem in antiquis Ecclesiæ ritibus, turibus, priuilegijs, censibus & quibuslibet emolumentis atque obuentibus nequaquam impedierit, sed iuuerit potius atque promouerit. Quoniam uero de his parce loquuntur Historici, quod scirent illum Arriana infectum & absorptum hæresis, ex ipsius epistolis colligenda nobis sunt Reuerentiæ eiusmodi

Hh ij (quæ